ACAD. LUGD. BAT. BIBL.

Amplissime Dn Collega et Affinis optime:

Feci praeter officium qui meis superiorib. non testatum tibi fecerim quam multis ex qua potissimum re mihi atq uxori meae placueris proxime. Id certe habebam in aio, ac praeterea de mandato uxoris in me receperam. Sed praeter expectationem abreptus fui in alia, et citius omnino avocatus, quam coeptarum literarum ratio concedit. Nos igitur gaudebamus, ubi intelleximus nostram salutem, nostraq tibi commoda curae esse atq semper fore. Hanc tuam gratiam obsequiis conservare, & quantum a nobis nostrum est, demereri etiam conabimur. De Quaestura vero muneris, quod scripsi, doleo, quoniam Principis voluntas obstinatior ita fert. Utinam ejus opinionem felix consequatur successus. neq enim par est judicium appellari, quod vero non nititur. Res est multo major multoq difficilior quam in vulgus existimatur, quoniam debita et credita inter se non pariant, ratio: neq sumptuariae nondum confectae et consoli

dato aerario fiduciam conturbant. Provinciae prius omnino quam illorum erga Principem postulare videtur observantia, quod debent persolvunt. Ratiocinator vero tardius rationes suas exhibent. Societates Indicae mille prae:dandi sinus & artes habent, quarum momenta non satis cognita habemus. Unde illis facile falsas inferre rationes in remorato liquidarum negotio jam inde ab a° 1627. Collegia quoque Admiralitatis non una via Principis commo:

9a Hug. 37.

© Universiteitsbibliotheek Leiden
Cod. Hug. 37 (Wilhem) 19
https://resources.huygens.knaw.nl/briefwisselingconstantijnhuygens/brief/nr/1250

da eversum eunt. Ipsae praetoriae naves in Zelandia non X sed VI centesimas Principi solvunt. Istarum rationum subductione supersedetur ab ineunte anno 1632. His difficultatib. potius assequi mihi videor, ut mea sorte contentus quam stultam non dixerim contemnere, sed certe non maximi pendere istius muneris liquitoreb. libere relinquam, & aliquanto liberior atq laetior vivam mihi ipsi, amicis, atq bonis artib. deo potissimum, cujus voluntati libenter acquiescam. Hic ego nolo optime Affinis tuam aut Principis memoriam excutere, ut Panhusios reminiscatur inquibus optime conjungi potuisse non negare potuit optimus princeps. Eius benivolentiam cum stomacho requirere non debeo. volo ut exemplo atq experientia refellatur. Et cum bona ipsius gratia de circulo me subduco. Crastinum capimus consilium Ultrajectum sundi ad IX hujus mensis. quo me Capitulum S. Salvatoris vocat. Inde cum amantissima excusam ad Tesiam collib. Amersfordianis fusis & omnimo prorsus & inhumanitatis & temeritatis suspicione liberabo. De Persinio sufficerit dixisse quae mearum erant partium. Nostra nil refert, videbint cuja res est. Negotium Comitis Alberti de Bergen est summarie possessionis, quam Recredentiam vocant, & intrabimus ter absolvetur. Interim te qso, ut, si ita etiam mea esse judices, ubi commodum erit, Principi & duci Bullionaeo atq praedicto Comiti significes, in hac possessoria quaestione, & reliqua de proprietate controversia, quae possessorum absorbere deberat, opus jura fore illaesa et ea quae decet religione conservata. De piscatura ad Hollandiae littus Computorum Magistrorum sententiam misi. si Principi ita visum fuerit dabimus operam ut illis suo judicium intentetur in petitorio, & nisi nos omnia fallunt triumphabimus plausum ferentis. Salve meum decus et me de rebus quas mea referre arbitrabaris certiorem redde. Scribebam Hagae 2 Octob. 1635.

Tuus in utrumque certorum

D. de Wilhem

Salve iterum cum tua uxore, liberis atq aliis tibi ac nobis amicissimis.

© Universiteitsbibliotheek Leiden
Cod. Hug. 37 (Wilhem) 19
https://resources.huygens.knaw.nl/briefwisselingconstantijnhuygens/brief/nr/1250

Myn Heere

Myn Heere van Zulechum
Ridder, Raedt en Secretaris
van Syne Ex:tie
Int Leger

© Universiteitsbibliotheek Leiden
Cod. Hug. 37 (Wilhem) 19
https://resources.huygens.knaw.nl/briefwisselingconstantijnhuygens/brief/nr/1250